



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1514. usque ad annum 1520

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118464

§. 42. Quæstio de auditione sacri die Dominica extra Parochiam a Pontifice
decisa

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66414](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66414)

Sæcul. XVI. A.C. 1517. procederet, ut Tetzelius pro officii sui ratione Lutheri theses publice concremari juberet: hujus vero Sectatores Magistrum suum ulturi vicissim Dominicani propositiones in publico foro Wittembergæ combusserunt.

§. XLII.

Quæstio de auditione sacri die Dominica extra Parochiam a Pontifice decisa.

Extat. in Bullar Leon. X. Constit. 25 Raynald. ann. 1517. n. 113. & seq.

Cum Religiosorum Ordinum Viri impensius rogassent summum Pontificem, ut tandem benigne decideret quæstionem dudum agitatum, nimirum: utrum Præcepto Ecclesiæ satisfaciant Christi fideles, qui die Dominica, aliisque festivis diebus divinis mysteriis extra Parochiam in Religiosorum Ordinum templis interfunt? hoc anno ad finem vergente Leo Pontifex denique declaravit, omnes Christi fideles, qui hisce diebus in Ecclesiis FF. Ordinum Mendicantium Missam audiunt, satisfacere præcepto Ecclesiæ, nec in aliquam labem mortalis peccati, pœnamve incurrere. Data est hæc Constitutio die decima tertia Novembris. Hæc decisio præcedentium Conciliorum statutis necnon prudentibus Parochialium institutionum rationibus adversari videtur (*).

Idem

(*) Ita certe soli Continuatori videtur, qui nullius

Idem summus Pontifex aliam die vigesima Decembris sanctionem promulgavit, qua Episcopi ex veteri more, atque instituto fidem Summo Pontifici, Sedique Apostolicæ juramento addicere, necnon diploma Pontificium de collata, confirmataque iis dignitate recipere iussi sunt. Hujus Decreti instaurati causam præbuit conjuratio contra Leonem Papam detecta; nonnulli enim Prælati, ut crimen proditoris a se amoverent, se Pontifici fidei Sacramentum haud nuncupasse, proin ejus vitæ consulere minime obstrictos fuisse allegabant. Paulo ante die decima quarta Septembris idem Pontifex aliam adhuc edidit Bullam, qua certam precandi formulam in Christi ac Dei-

Sæcul. XVI.
A.C. 1517.

nullius Concilii Generalis auctoritatem, nec etiam contrariam institutionem pro sua sententia allegare potest. Æquius igitur fecisset, si minus in suo sensu abundans hujus quæstionis decisioni steteret; haud enim ignorare poterat, quod non solum a Leone X, sed etiam a Paulo III. in extravag. *licet debitum* necnon a S. Pio V. in Constitutione edita 16. Maji 1567. in FF. Mendicantium favorem his denuo dirempta fuerit, ipsaque S. Congreg. Card. Conc. Trid. præter cit. S. Pium illud Decretum Concil. Trid. Sess. 22 pro Regularibus explanaverit.

Sæcul. XVI. Deiparæ honorem conceptam auctoritate Apostolica confirmavit. Hæ preces A.C. 1517. coronæ nomine insignitæ, definito orationis Dominicæ, atque Angelicæ salutationis sæpius repetendæ numero distinctæ sunt, ex quibus prima complectebatur quinque orationes Dominicas, totidemque Angelicas salutationes in honorem quinque vulnerum Christi; altera triginta tria *Pater noster* &c. & *Ave Maria* &c. continebat in memoriam Annorum, quibus Deus-Homo in terris nobiscum conversatus est, tertia denique complectebatur quinque psalmos, quorum initiales literæ simul junctæ nomen *Jesus* efficiebant. Totidem quoque coronæ B.V.M. habebantur, quarum prima ex decem *Ave Maria* &c. in honorem decem ejusdem virtutum, altera ex septuaginta in venerationem annorum vitæ suæ, tertia constabat ex quinque psalmis; quorum primæ literæ nomini *Mariæ* respondebant, ad horum vero finem antiphona, *sub tuum præsidium* &c. adjungebatur.

§. XLIII.

*Quarundam Propositionum censura
Facultatis Theologicæ Parisiensis.*

Dupin. Bibl.
script. to. 13.
p. 209. & seq.

Anno priori die secunda Junii Parisiensis Facultas Theologica tredecim damnavit